



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

V. Hoc Capitulare transcriptum est à Lothario Imp. in Edictum suum, quo mulctam irrogat iis qui leges illas infringunt. Leo IV. spondet se Capitula illa observaturum. Leo I. legibus à Marciano latis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

vetur integritas. Gregorius Magnus præsidium Childeberti Regis advocat, ut quæ ad restaurationem ecclesiasticæ disciplinæ Virgilio Episcopo Arelatenſi exequenda commiserat, amotis impedimentis effectum fortiantur. Salutantes, inquit, excellentiam vestram paternæ caritatis affectu, petimus ut cuncta quæ supraſcripto fratri & coepiscopo nostro præſidio compleantur, nec cujuſquam ea aliquo modo elatione aut ſuperbia convelli permittatis. Mox: Oportet ergo ut hoc nobis vicariè rependatur, & ſicut nos veſtram implere non diſtulimus voluntatem, & vos propter Deum & B. Petrum Apoſtolorum principem noſtra faciatis in omnibus ſervari ſtatuta; quatenus excellentiæ veſtræ laudabilis & Deo placita ſe circumquaque tendat opinio.

IV. Non ſolum verò facti executione, ſed legum ſuarum auctoritate, legum eccleſiasticarum executioni imminabant; ut patet ex Ediçto Clotarij Regis, & Decreto Pippini Ducis Francorum, qui canones antiquos toto regno promulgari juſſit. Quin etiam ad exemplum Juſtiniani eaſdem regulas ſuis verbis Reges præſcribentur quæ à Canonibus antiquis erant præſtituta; conceptis verbis hoc ſe à Canonibus trahere teſtati. *Decrevimus juxta ſanctorum canones*, inquit Carolomānus Dux & Princeps in Synodo Liptinenſi habita anno ſeptingentiſimo quadraſimo tertio. Præ ceteris verò in reſtitutione collapſæ diſciplinæ laboravit Carolus M. Rex Francorū, non ſolum ſynodorum ope, quas in eam rem frequentes collegit, ſed etiam Ediçtis ſuis de Conſilij ſui ſententia promulgatis. Inſigne eſt Capitulare ab eo Principe anno D C C L X X I X. in Palatio Aquenſi conſtitutum, quod inde *Aquiſgranenſe* dicitur; quo Episcopos, Præſbyteros, & Laicos officij ſui admonet, verbis ipſis Canonum & Decretorum transcriptis. Quo in opere id ſtudium adhibuit, ut lem-mate ſententiam canonis comprehenderet, ſimulque ſignificaret ad quos regula dirigeretur, hiſ verbis ſolennibus: *Episcopis, Sacerdotibus, Monachis, Omnibus.* Hoc Ediçtum latum eſt, non ex ſynodi alicujus, ſed ex Conſilij ſeu Placiti ſententia; quod conflatum erat ex Episcopis & Proceribus, ut docet Hincmarus. Propoſitum ſuum illud eſſe docet Princeps, ut *Devoti ſanctæ Dei Eccleſiæ Defenſoris, humiliſque Adjutoris*, qualem ſe inferibit, partes ſtudioſè præſtet, ſuamque diligentiam Episcoporum ſtudio adjungat, quò paternæ & canonicæ ſanctiones non convellantur. Duo ergo in eam rem præſtat; Capita quædam è Canonibus excerptit, quorum executionem urget; Et

Legatos ſuos mittit, qui regia auctoritate quæ fuerint corrigenda, unà cum Episcopis corrigant. De hoc articulo dicemus libro quarto. Quod attinet ad primum; ea modestia ſe gerit, ut Episcopos roget, monitoris officium ſibi vindicando; ita tamen ut ſe Regem eſſe meminerit, & monitioni adjunctam correctionem doceat, exemplo Iofia Regis. *Sed & aliqua capitula ex canonicis institutionibus, quæ magis vobis neceſſaria videbantur, ſubjuximus. Ne aliquis, quæſo, hujus pietatis admonitionem eſſe præſumptioſam judicet, quæ nos errata corrigere, ſuperflua abſcindere, recta coarctare ſtuduimus; ſed magis benevolenti caritatis animo ſuſcipiat. Nam legimus in Regnorum libris, quomodo ſanctus Iofias regnum ſibi à Deo datum circumeundo, corrigendo, admonendo, ad cultum veri Dei ſtudit revocare. Non ut me ejus ſanctitati æquiparabilem faciam; ſed quòd nobis ſint ubique ſanctorum ſemper exempla ſequenda.* Sub ſinem Capitularis, *Injungendi* voce utitur, cum Episcopos monet ut prædicationibus ſuis fideles populos à patrandis ſceleribus revocent. Hoc Capitulare per LXXXII. capita expanſum ea præcipuè complectitur quæ ordinationes, excommunicationes, munera Episcoporum & Clericorum, ordinem judiciorum, & reliquam eccleſiasticam diſciplinam reſpiciunt, ita ut brevium aliquod Iuris Canonici dici poſſit.

V. Hoc Ediçtum transcriptum eſt libro primo Capitularium; idque deinde Lotharius Imperator, filius Ludovici Pij, in Conſtitutionem ſuam retulit, quæ *Capitulare Lothary* dicitur. quò plurima alia capita ad conſtituendam regni Italiae poliariam & Eccleſiæ diſciplinam pertinent, è Capitulis Caroli & Ludovici excepta. Huic Capitulari Lotharius ſanctionem ſuam addidit, hiſ verbis: *Placuit nobis ut hæc capitula, quæ excerptiſimus de Capitulis ſanctæ memoriæ avi noſtri Caroli ac Domini noſtri Ludovici Imperatoris, ab omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ ſeu noſtris fidelibus in regno Italiae conſiſtentibus pro Lege teneantur & conſerventur; & quicumque hujus Capitularis conſemptor extiterit, ſexaginta ſolidis componat, ſicut in Capitulis prædicti avi Domini noſtri. Ceterum ſi quis dubitet an hæc Principum Conſtitutiones gratæ fuerint Pontificibus Romanis, conſulat fragmentum epistolæ Leonis IV. Papæ ad Lotharium, qua ſpondet ſe Capitula illa & præcepta Lothary ejuſque prædeceſſorum in omnibus obſervaturum. Neque eſt quòd aliquis ſibi perſuadeat inſolitam eſſe ſponſionem Leonis IV. de ſervandis legibus à Principe latis ad præſidium legum eccleſiasticarum, præfertim cum Leonis I. profeſſio ſucceſſori-*

Greg. l. 4. ep. 13. 220 131.

Edictum Clotarij l. an. 411. Deſignatur noſtra eſtque Capitulari in ſynodo ſua conſerventur & quæ per nos ex hoc præſcriptis, vel debent perſervari. Canon. 1. Concil. Saffron. an. 744.

Capit. Acquiſgran. in Pictav. Conſiderat ſua cum ſcripturis & Conſilij noſtri.

Hincmar. ep. 3. c. 11. 11.

Quæ propter placuit nobis vobis rogere ſolentem, & Paſtores Eccleſiarum Chriſti.

Capitularis A. quigran. vultius.

Capitulare Lothary editum à Goldaſto.

C. De Capitula. Diſt. 10. apud Gratianum.

Leop. 78.

bus suis præverit. Is enim ad Leonem Augustum his verbis utitur: *Si quæ destruxi, hæc ædifico, prevaricatore me constituo, & eis me ultionum conditionibus subdo, quas non solum auctoritas beate memorie Principis Martiani, sed etiam ego mea consensione firmavi.* Dubitandum etiam non est quin gratissimæ fuerint Ecclesiæ Gallicanæ Constitutiones ecclesiasticæ à Carolo & à Ludovico conditæ, cum ex Episcoporum & Optimatum regni consilio latæ fuerint & in unum postea Corpus redactæ ab Ansegiso Abbate & Benedicto Levita, qui libros Capitularium collegerunt, quos in synodis posterioribus laudatos videmus. Sed illustrius testimonium proferri non potest quam Synodi Meldensis habitæ anno **DCCCXLV.** quæ à Carolo Calvo Rege Francorum postulat ut Capitula illa per Gallias observari præcipiat. Hujus synodi verba ad Capitulare Lotharij pertinere putavit Illustrissimus Annalium conditor, ac si promulgatum fuisset Episcoporum illorum præcepto. Sed synodus Meldensis ad Gallias pertinet, precibusque tantum à Carolo contendit ut leges à Principibus latas de rebus ecclesiasticis ipse novo Edicto custodiri præcipiat. At verò Capitulare Lotharij in Italia promulgatum est, ubi Lotharius imperabat; ad quem synodi Meldensis preces non pertinebant.

Syn. Meldensis c. 78. *Y. Capitula ecclesiastica à Domino Carolo Magno Imperatore necnon & à Domino Ludovico Pio Angusto promulgata, omnino observari præcipiuntur, sicut & legitime esse consueverunt.*

V I. Non solum autem antiquis Canonibus & Decretis apostolicæ sedis Tutitionem suam Reges præstabant, sed etiam novis Romanorum Pontificum constitutis. Cujus moris expressa supersunt vestigia in Capitularium libris. Vnum Presbyteros suspectos respicit; Alterum, Chorepiscopos. De Presbyteris reis, vehementi criminum suspitione laborantibus, sed plena probatione non convictis, à temporibus Pippini Regis, per plures annos vexatissima in synodis Gallicanis quæstio voluebatur, quæ necdum judicio aliquo definita erat; adeo ut in synodo plenaria Francofordiensi accusatio hujus generis adversus Presbyterum instituta, non Episcopo aut Concilio Provinciali, sed universali Galliarum synodo committatur. Tandem Carolo Magno visum, jus istud controversum componere. Eapropter consuetudinem secutus majorum, qui majores causas ad sedem apostolicam referebant, ut rebus dubiis certa forma præstitueretur, aliquot Episcopis legationem injunxit, qui Romam hac de re Leonem III. consulturi adirent. Interim Episcopos & regni proceres hujus legationis certiores reddit, monétque ut invicem de hoc negotio conferant, quò matu-

Capit. l. 4. Tit. 33. *For interdum videtur tractate de rebus quod de his vobiscum constitutum ut à vobis*

rius his difficultatibus unà cum illis & sancti Patris institutionibus ad amovendas populi offensiones prospicere possit. Summus Pontifex Consultatione in Synodo Romana discussa, respondit quæ sibi æquiora videbantur. Ejus Decretum in Conventu Generali Episcoporum & Procerum expenditur; ex eorumque sententia & consensu, Constitutio sub Regis nomine fertur, quæ modum harum litium finiendarum præscribit. Vnde patet Summi Pontificis decretum in negotio canonico, à Rege, præsidio legis regie de consensu Ecclesiæ Gallicanæ latæ, munitum fuisse, ut res à Romano Pontifice constitutæ traderentur executioni sub nomine Principis juxta præscripta illa decernentis. Si quis autem & illud scire cupiat, quid in hac controversia definitum fuerit, ex Edicti lectione constabit. Decretum ergo fuit, Presbyterum canonicæ pœnæ subdendum, si ab accusatore & testibus, quos leges & canones ad accusationem & testimonium admittant, reus peractus fuerit. Sin probationem accusator implere non possit, juxta Canones negotium finiendum. Attamen si vehementi suspitione reus urgeretur apud plebem, criminis infamiam amoliendam sacramento ad Evangelia præstando, & adhibitis tribus, quinque, vel septem Presbyteris, ejus integritatis astipulatoribus, ad exemplum Papæ Leonis, vel etiam aliquot aliis probatæ & laudabilis famæ viris, qui accusati innocentiam testentur, si ad tumultum populi sedandum id Episcopo visum fuerit. Hujus judicij ordinem Hincmarus copiosè edidit, docétque ut plurimum perplexas istas accusationes ex familiaritate probrosarum mulierum, vel etiam ex consortio extraneorum intra domum admittarum, profectas esse; quæ canonibus verita, pœnam dejectionis Presbyteris, qui regulas violassent, irrogabant, etsi nullius alterius probri insimulati essent. Videbitur statim alicui criminis probatio esse in promptu, cum accusator non astringatur ad ea docenda quæ in tenebris patrarî solent. Attamen multis difficultatibus implicata erat hujus accusationis series, quæ instruenda erat ab accusatore & à septem testibus, quos leges & canones admitterent: qui si aut numero aut conditionibus à lege præscriptis destituerentur, arbitrio Episcoporum multabantur, & pudoris periculum subibant. Hoc tamen suspitionem à populo semel conceptam non levabat; quæ iurejurando Presbyteri accusati, & sex aliorum Sacerdotum, purgabatur. Sed de his aliis in Dissertatione de canonicis judiciis Clericorum

proditæ sunt. Patre infamatus, necesse est populi. Cap. l. 1. c. 14. *Constituta Domini & Patris nostri Leonis, Apollinarii, ceterorumque Romanorum Episcoporum, & religiosorum, & Orientium & Græcorum Patriarcharum, & multorum sanctorum Episcoporum & Sacerdotum, necnon & ipsorum Episcoporum sanctorum, ceterorumque Sacerdotum & Levitarum, & multorum reliquorum fidelium, & multorum Consistorum, necnon consensu ipsorum*

Hincmarus 77. *edidit. Hincmarus 77. edidit.*

Capit. l. 4. Tit. 33. *For interdum videtur tractate de rebus quod de his vobiscum constitutum ut à vobis*